

LIBER SECUNDVS.

31

AVtrum progeniem in centum annis vult computari, & ideo quinta progenie, quia post quadragesimos & triginta annos: an per hominum generationes hoc potius intelligendum est, ab ipso Iacob, qui intravit in Egyptum usq; ad Moysen, qui cum populo egredens est. Iacob enim primus, secundus Levi, tertius Caath, quartus Amram, quintus Moyses itinerantur. Has autem dicit progenies Latinus interpres, quas *γενέας* Græci vocant, quae in Euangelio generaciones appellantur, nec numerantur nisi per successiones hominum, non per numerum annorum.

L1. Dicit autem Moyses, Confidite & state & videte salutem quae est à domino quam faciet vobis hodie. Sicut enim vidistis Egyptios hodie, non appetitis amplius videare eos in æternum tempus. Quomodo accipienda sunt hæc verba cum viderint postea Israëlitæ Egyptios: an quia isti qui tunc videbant non eos vterius videbant, quia & illi sunt mortui qui consequebantur, & isti omnes quique die mortis sunt? Nam posteri eorum viderunt posterios illorum. An non eos videbitis sicut hodie, intelligendum est non sicut hodie persequentes & inimicos, & tanto post vos agmine venientes: vt omnino nulla sit questio, nec

B de æterno tempore quod hic posuit, quia & si videbant se ut tempore resurrectionis, non sic ut tempore videbunt ut hodie. Quid est quod dicit dominus ad Moyses, Quid tu clamas ad me: cum scriptura non dixerit aliquid de Moysi vocibus, nec eum orantem commemoratur, nisi quia intelligi voluit hoc eum egisse vocis silentio vt corde clamaret.

LIII. Et tu eleua virgam tuam, & extende manum tuam super mare. Hæc est virga illa in qua fiebant mirabilia, quæ modo dicitur esse Moysi: tunc autem fratris eius fusile dicebatur, quando per illam ipse operabatur. Extendisti manum tuam, & transuorauit eos terra. Terra pro aqua non mirum est postita, Tota quippe pars ista extrema vel infinita mundi, terræ nomine censetur, secundum id quod saepe dicitur, deus qui fecit cœlum & terram: & in illius Psalmi distributione commemorationis cœlestibus,

Psal. 148 Laudate, inquit, dominum de terra: & ea exequitur LVI. in laude quæ etiam ad aquas pertinebant. Misisti spiritum tuum & cooperauit eos mare. Ecce iam quanto commemorationis spiritus dei, vt in hoc numero accipiam? & quod dictum est, Digitus dei est hic.

Gene. 1. Primo ubi scriptum est, Spiritus dei ferebatur super aquas. Secundo ubi dicitur, Non permanebit in Cœlo: in omnibus spiritus meus, quoniam caro sunt.

Gene. 41. Tertio ubi Pharaon dicit ad Ioseph, Q[uoniam] spiritus dei est in te. Quarto ubi incantatores Egyptiorum dicunt, Digitus dei est hic. Quinto in hoc Cantico, Misisti spiritum tuum & cooperauit eos mare. Meminerimus autem spiritum dei non solum ad beneficia, verum etiam ad vindictam commemorari.

Nam quid alius etiam supra dixit, Per spiritum iræ tua diuisa est aqua? Ita itaque spiritus iræ dei in Egyptios nam spiritus iræ eis quibus nocuit aquarum diuisio, vt intrantes possent aquas redeundibus obrui: filii vero Israël quibus profuit quod aqua diuisa est, non fuit ille spiritus iræ dei. Vnde significatur propter diuersas operations & effectus spiritus dei dissimiliter appellari, cum sit unus atque idem ille diu taxat qui etiam spiritus sanctus in unitate trinitatis accipitur. Proinde non arbitror aliū quam

Roma. 3. eundem significari ubi dicit Apostolus, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis in quo clamamus, abba pater: quia eodem spiritu dei, id est digito de quo lex in tabulis lapides conscripta est, timor incusus est eis qui gratiam nondum intelligebant, vt de sua infirmitate atque peccatis per legem conuicerentur, & lex illis fieret pedagogus, quo prudenterentur ad

gratiā quæ est in fide Iesu Christi. De hoc autem spiritu adoptionis & gratiæ, id est de hoc opere spiritus dei quo impertitur gratia & regeneratio in viam æternam, dicitur, Spiritus autem vivificat, cum 2 Cor. 3, supra diceretur, litera occidit, id est lex conscripta, tantummodo iubens sine adiutorio gratiæ.

Venerunt autem in Mætra & noi poterant bibere aquam de Mætra, amara enim erat. Si propter hoc appellatum est nomen loci eius amaritudo, quia non poterant ibi aquam bibere, eo p[ro]p[ter] amara est. Mætra enim interpretatur amaritudo, quomodo venerunt in Mætra, nisi quia eo nomine locum scriptura appellavit in quem venerunt, quo iam appellabatur cum hæc scriberantur. Posteriori enim utique scripta sunt quā illa contigerunt.

Et ostendit ei dominus lignum & misit illud in aquam: & facta est aqua dulcis. Genus ligni erat istam habens vim, an qualibet ligno id facere potuerat deus qui tanta miracilia faciebat? Hoc tamen videtur significare quod dictum est, ostendit ei, tanquam tale iam lignum esset quo posset hoc fieri. Nisi forte locus erat ubi ligna omnino non inueniebantur, hoc ipsum esset diuinum adiutorij quod ei dominus lignum ostendit ubi nullum erat: & per lignum aquas dulces fecit, præfigurans gloriam & gratiam crucis: sed in tali etiā natura ligni quis nisi creator & demonstrator laudandus est?

Dicit dominus ad moyses, Ecce ego pluam vobis panes de cœlo: & exiet populus & colligent vniuersi in diem, vt tentem illos si ambulent in lege mea, an non. T entatio ista probatio est, non ad peccatum seductionis: ideo probatio vt deus nouerit, sed vt ipse ipsis hominibus ostendat quo humiliores fiant ad p[re]tendendū adiutorium & agnoscendam dei gratiam.

Moses & Aaron dicunt ad populum inter cetera, Propter quod exaudiuit dominus murmuratorem vestrum qua vos murmuratis aduersum nos. Nos autem quid sumus? Non enim aduersum nos murmur vestrum est, sed aduersus dominum. Non enim tantum se valere voluerunt quantum deum. Dixerunt enim, quid sumus nos? Vt illi aduersus illum se scirent murmurare qui istos miserat, & per istos operabatur. Nec talis est illa sententia, ubi Petrus dicit Ananias, Cur ausus es mentiri spiritu sancto? Acto. 5, Non hominibus mentitus es, sed deo. Quod simile fuisset si dixisset, non spiritu sancto mentitus es, sed deo. Ita enim loquens, negaret deum esse spiritum sanctum. Nunc vero cum dixisset, Ausus es mentiri spiritu sancto: cum ille se putaret hominibus fuisse mentitus, ipsum spiritum sanctum deum esse monstrauit, subiungens, Non hominibus mentitus es sed deo.

Dens mandauit per Moyses populo, Ad LXI, vesperam edetis carnes, & mane replebimini panibus, Ecce non pro omni alimento panes nominatur. Nam isto nomine carnes complete rentur, quia & ipsæ alimenta sunt: nec tamen panes eos modo dicit qui sunt ex frumento. Ipsi enim proprie panes appellare consuevimus: manna autem panum nomine appellat. Non autem vacat, p[ro]p[ter] dicit ad vesperam carnes & manas se daturum. Tale quippe aliquid etiam in Helia significatum est, cum ei alimeta cori[us] afferret. An forte carnis ad vesperam & manas panibus, ille significatur, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram? Ad vesperam quippe mortuus ex infirmitate sepultus est, manæ autem apparuit discipulis, quia resurrexerat ex virtute.

Et dixit Moyses ad LXII, Aaron, Accipe vas aureum vnum, & mutte illud plenum gomor manne, & repone illud ante deum, & seruetur in progenies quemadmodum præcepit deus. Quæri potest vbi Aaron ponetur ante deum, quando nec vellum simulacrum fuit, nec arca testamenti iá fuerat instituta. An forte ideo de futuro dixit, repones, vt intelligeretur